



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Io. Baptistæ Portæ Neapolitani Magiæ Naturalis Libri
Viginti**

Della Porta, Giambattista

Frankfurt, 1607

Odorati pulueres quomodo conficiantur. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70772](#)

cas madefacies, & resiccari curabis, totum sibi odorem absorbent.

Odorari pulueres quomodo conficiantur. C A P. VI.

Ad pulueres deueniendum, qui odorati sunt simplices, & compositi, ex his replentur puluilli, vnumq; in pellibus, & mistutis. Accipe igitur,

Puluus cyprius quomodo fiat.

Muscus quernus, qui moschi odorem spirat, colligatur sincerus, colligendi tempus Decembri, Ianuario & Februario mensibus, dulci aqua quinquies, sexiesve ablatur, ut ritè perlatus sit, post soli exponatur, mox rosaceam aqua biduo madefacta, & iterum sole resiccatur, idq; pluries iterabis, nā quo pluries laueris, eo fragrantius odorem spirabit, resiccatus ærea pila in tenuem puluentem conteratur, incernaturq;. Tandem supra incernitam spargatur, & suo operario cooperiatur, infra accendantur carbones, & supra ebulliant liquores, vel placentum, vel odorati sumi exhalent, ut dicemus, & id quanto crebrius feceris, eo maiorem odorem combibet, & diutius retinēbit. At ubi odorem satis concepisse noueris, huius pulueris libram sume, moschi, ac zibethi puluerati parum, sandalorum, & rosarum sufficientem partem. Conteratur in ærea pila moschum, inde paulatim puluerem inspargendo, in pila conteratur, miscatūq;. Puluerem tādem in phialam reconde operculatam, non transpiret, nam hebesceret, & exolesceret odor. Huius pulueris variæ sunt compositiones, quas recensere longum esset. Fiunt albi, nigri, fuscæ, variorumq; colorum. Alba ex gypso crudo conficitur, prius rosacea, velodorata aqua eluitur, addendo moschum, ambaram, zibethum, & alia, & sic longe suum odorem eructabit.

Quomodo mistura odorata fiane. C A P. VII.

FIVNT & variæ odoratæ misturæ, ex quibus globuli precarij fieri solent ad preces numerandas, & velle exornandas, fiunt & simigmata lapones vulgo dicti ad cluendas, detergendas, ac odore manus commendandas. Vnde si velimus

Globu-